

Ut vero Poetæ tales tamquam nefarios homines detestare- Cur Poetæ  
tur tanquam monstra, affinxerunt Gigantibus pedes angui- Giganti-  
nos. nihil est enim tam immane, tam monstrorum quam bus pedes  
adversus Deum, adversus pietatem, adversus Magistra- anguinios  
tum, leges, ius & aequum, aliquid moliri. Ioachimus Ca- affinxer-  
merarius, vir omni doctrina eruditus, anguinios Gigan- rint.  
tum pedes exponit de improbris consiliariis, quorum turpi  
sustentatione Tyranni tamquam pedibus nituntur.

Extat Iacobi Sadoleti liber De laudibus Philosophiae, qui  
inscribitur Phædrus, ubi facetè cum Gigantibus confersun- Philosophi  
tur etiam Philosophi, qui ingenio suis nimium confident, sibi quomodo  
que omnem sapientia laudem arrogant. In eo libro Phæ- Gigantes  
dri verba sunt hec: Atqui misericordia eis hanc illepede de Gigantibus fabulari, quo horum insolentiam dicti.  
temeritatemq; arguerent: quod ea re firmius adducor, ut  
credam: quod illi montibus tribus tanquam gradibus, sic  
Philosophi trinis antea à nobis memoratis Philosophi par-  
tibus in altissima loca moluntur ascensum.

Ter sunt conati imponere Felio Ossa,  
Scilicet atque Ossæ frondosum involvere Olympum:  
Ter pater extructos dissecit fuimine montes.

Scripsit divinè, ut omnia, Poeta omnium maximus:  
nec tam ille ut Gigantum, qui certe nulli id egerunt, quam Noli altum  
ut hominum suis ingenio nimium confidentium, arrogan- sapere.  
tiam refelleret; quanquam non ingenii est, sed dementia,  
qua nullo intelligi pacto queunt, in eanis lominus mentis  
aciem ad intelligendum intendere.

Tum pater omnipotens.

Plinius scribit hanc ob causam Iovi fulmen assignari,  
quod inter Saturnum & Martem Jupiter sit medius: quod- Jupiter cur  
que contrarie qualitates maxime in Iove coeant: ex supe- fulmina-  
riore videlicet Saturni circulo qualitas nimis frigoris, & tur.  
ex Marte qualitas nimis caloris. Harum conflictu fulmen  
cum tonitu emitti, veluti ex flagrante ligno carbo exist  
- cum crepitu proprie carundem qualitatum pugnam.